

ETHICO-POLITICA.
EMBLEMA CXXV.

Vultus animi index.



CXV.

Produntur pectora vultu.

Nemo latere putet, tacitâ quæ mente geruntur,
Est qui non dubiis efferat ista notis,
Ut taceant linguæ: vultus faciesque loquentur,
Luminaque arcani nuntia cordis erunt.
Siquid turpe paras, scelus aut in pectore versas,
Hæc frons, hæc oculi cuique legenda dabunt.
Si tibi non æquæ torquent tua viscera sortes,
Mox vocem in facie, quod dolet intus, habet.
Quod si festa tuam laxent quoque gaudia mentem,
Filaque ab auratâ sint tua ducta colo:
Mox etiam in vultu clarus monstrabitur index:
Qui dicat: læta est, mensque dolore vacat:

Deni-